



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. IV. De Navigatione, Navi, Naufragio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

actionis: nam si esset naturaliter debitum, quod exceptione elidi posset, magis est, ut compensetur. l. quaecunque 12. ff. de l. 2. & ibi Bart. C. de compensat. Costal. ad d. l. etiam in adversar. ff. de compens.

XI.

NATURA & ars frustra nihil faciunt. Dixi supr. libro primo, cap. de Arte. lib. 1. c. 82. §. 9.

XII.

NATURA rei potius attendi debet, quam simplex nominatio. arg. text. in l. si uno 4. ff. locati. cap. ea que 16. de simon. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. §. n. 18.

XIII.

NATURALIA si concurrant cum accidentalibus, præferuntur, Egid. Bellam. consil. 43. in princ. quem refert Cardinal. Tusch. pract. concl. tom. 5. lit. N. concl. 8. n. 1. Et ideo potentius est domicilium originis, quam domicilium incolatus, quia unum naturale, aliud est accidentale. Ancharan. consil. 37. Contra. n. 6. in fin. & n. 7. Cardin. Tusch. d. concl. 8. n. 2. & naturalis conjectura prævalet accidentali. Franciscus Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 95. n. 55.

XIV.

NATURALITER quod non potest fieri, non potest fieri secundum legem positivam, & ejus ordinationem, l. qui ad certum. 14. ff. locati. l. lex Cornelia 28. in fine. ff. de vulg. & pupill. substit. l. Gallus. 29. §. 1. ejus 7. ff. de liber. & posthum. Et ideo paria sunt, aliquid esse impossibile naturaliter, vel de jure, l. 1. ubi gloss. l. filius 15. ff. de condit. institut.

XV.

Naturalia sunt immutabilia, e. g. Domicilium originis. Brunnem. ad l. 4. C. de municip.

XVI.

Naturalia in contractibus sunt affectiones contractui additæ, quæ ejus essentiam constituent sequuntur, & regulariter quidem contractui insunt, per pacta tamen mutari possunt; & hæc vocari possunt interna, quatenus contractui regulariter insunt, aut externa, quatenus sunt extra essentiam contractus. Ea verò naturalia interna, quæ ad contractus consummationem faciunt & ab aliis essentialia consecutiva vocantur, qualia sunt in emtione traditio mercis & pretii, hæc planè non pertinent; quoties enim mentio fit essentialium, naturalium & accidentalium contractus, sermo non est de contractu consummando, sed constituendo.

XVII.

Naturalia quoties mutantur in feudo, illud fit improprium, i. e. irregulare. Sunt verò naturalia feudi (1.) Juramenti præstatio 2. F. 3. in fin. (2.) Masculorum successio. 1. F. 8. §. 2. (3.) ad servitia, & quidem incerta, obligatio 2. F. 23. (4.) alie-

nationis denegatio 2. F. 55. (5.) Investitura post mortem Domini renovatio 2. F. 25. (6.) Feudi prævia culpa ablatio 1. F. 21. (7.) quod saltem in immobilibus consistat, nam & in pecuniâ feudum constitui potest, v. gr. feudum soldatæ 2. F. 10. in fin. ejus species sunt Feudum de Cavenâ & de Camerâ 2. F. 2. §. 1. (8.) quod sit perpetuum cap. 1. in quibus causis feuda amitt. (9.) ut concedatur, spontè non coactè d. cap. 1. (10.) ut concedatur gratis sine pretio, cap. 1. de feudo dato in vicem legis commiss. (11.) ut sine culpa vassalli feudum ipsi auferri nequeat cap. 1. de naturâ feudi. (12.) ut Dominus sine consensu vassalli dominium directum alienare non possit cap. 1. §. ex eadem. de lege Cormidi.

XIX.

Unò naturalium mutato non statim mutata censentur reliqua; nam naturalia præsumuntur præ accidentalibus. Brunnem. ad l. 3. C. de municip.

CAP. IV.
De Navigatione, Navi,
Naufragio.

Axioma I.

Naves etiam privati habere possunt l. 1. C. de navib. non excus. non autem Senatores in provincia quam administrant l. 46. §. 2. de jure fisci. quod tamen d. l. 1. mutatum videtur Perez. C. eod. n. 1. 2. 3. & tit. C. de naut. Tiberin. n. 3.

II.

In causâ naufragii adeundus est Judex loci, ubi factum est, & summarie proceditur, l. 5. C. de naufrag. Perez. C. d. l. n. 7. & si Judex intra biennium causam non deciderit, periculum à Naviculario transit in Judicem l. 5. in fin. C. eod. Perez. ibid. n. 8.

III.

Cum Dominium maris hodie principes adjacentes sibi vindicent, varias leges nauticas de mercibus in- & evehendis condunt, jure Vectigalia exigunt, modò hoc casu classem contra piratas habeant: Admiralio tamen casus fortuitus imputari non debet, qui navigantibus Comitatum militarem addere tenetur. Perez. C. de Classific. n. 8. seqq. Brunnem. ad l. un. C. eod.

IV.

Naves quilibet, nullâ obstante dignitate vel privilegio, ad advehendum frumentum aliasque Reipubl. necessitates præstare debet. Perez. C. de Naut. Tiberin. n. 1. seqq.

CAP. V.
Necessaria, Necessæ.

Axioma I.

Necessarium postea fit, quod primo fuit voluntarium. cap. quidam exim. de renunc. Sicut enim

(A) 2